



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis  
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmansdorff ad  
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatæ Concionis Moralis In  
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

**Penzinger, Sebastian Heinrich**

**Solisbaci, 1698**

Disc. XIV. Quàm optimè, sapit Sapientissima. Aristoteles docet Sapientiam esse virtutem, quæ, quod malum est, vitat, ac agit quod bonum est; Ast B. V. Maria quod mali umbram sapit, nescit, non tam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](#)

# DISCURSUS XIV.

*Declinabat à malo, & faciebat bonum prudenter Virgo Maria.*

**E**xordium.

Sapientiae Filiam Prudentiam definit Princeps Philosophorum Aristoteles lib. 6. Ethic. cap. 5. dicens: *Prudentia est virtus, qua malum reprobatur, & bonum elegit.* Virtute hanc mundo præluxit Virgo Dei Genitrix Maria, malum enim, quod propriè peccatum est, adeo fors reprobavit mulier, ut ne vel levissimā etiam venialis peccati maculā voluerit contaminari. Bonum verò non solum, sed & optimum elegit, Deum ipsum scilicet, qui prælegit eam, ut proinde æterna Veritas de illa dixerit. Lucae 10. cap. *Mariam optimam partem elegit, que non auferetur ab ea.* Veritatem hanc sententiis sanctorum Patrum confirmemus. Similiter

**S. Patres.** *fataenum est, quod Beata Virgo nullum actuale peccatum in-*

**S. Thomas Aquino.** *misi, nec mortale, nec veniale.* Angelicè docet S. Thomas de Aquino. Aquino. 3. part. quæst. 27. art. 4. in Corp. sole perhibetur an-

**S. Bernardus.** *cta, que profundissimum divina sapientia, ultra quam credi pos-*

*sunt, penetravit abyssum.* scribit S. Bernardus. Sign. Magna Beata Virgo sanctificata fuit, conformiter filio suo, non tantum ad

**S. Bonaventura.** *omnipotentiam ad peccatum, sed etiam quantum ad impossibili-*

*tatem labendi in aliquod peccatum.* seraphicè loquitur S. Bonaventura. in 3. sentent. dist. 3. part. 1. art. 2. quæst. 3. Inde nos

**S. Augustinus.** *scimus, quod ei plus gratie collatum fuerit, ad vincendum non ex parte peccatum, que concipere, ac parere meruit eum, quoniam*

*constat nullum habuisse peccatum.* colligit magnum Ecclesiame Augustinus. lib. de naturâ & gratiâ. cap 36. Temerari-

**S. Cyrilus Alexandrinus.** *nus. est, in Mariâ Virgine, propter Eum, ponere culpam aliquam*

*vel peccatum. tuerit B. Virginem. S. Cyrilus Alexandrinus.* lib. contra Nestorium. Beata Virgo Maria, non solum in u-

erit

gratiā consummata, verū etiam in omni bono, & dono, quod accēperat, confirmata. concludit Richardus. de S. Victore. lib. 2. Richardus de Emmanuel. cap. 30. Donum igitur Spiritus S. ab eā efflagi-  
temus, ut sapientiam, ac prudentiam Virginis, doctis Con-  
ceptibus elucidemus.

## CONCEPTUS I.

Generoso animo terrena ac transitoria contempnit Virgo Confirmatio, seu De-  
Beatissima, ac totam spem suam in solis cœlestibus collocavit, ductio.  
& per hoc tantum promeruit, ut corpore & animâ assumere-  
tur in cœlum, quæ quamvis mole corporis tenebatur in terris,  
spiritualem tamen vitam agens, mente conversabatur in  
celis. Sic de illâ scribit S. Joannes Damascenus. hom. 2. de  
Assumpt. B. V. *Maria in gremio terra sepulta non est, sed cor-*  
*pore & animâ in cœlos assumpta, qua in terris terrena non sapuit,*  
*sed cœlestibus desideriis cogitatione in cœlo fixa delituit.* Quam in-  
star virgæ egredientem de radice Jesse vidit in spiritu suo pro-  
phetico Iaias. cap. 11. dicens: *Egredietur Virga de radice Jesse.*  
Cur virgæ Virginem Propheta comparat? Virga non descen-  
dit in terram, sed cœlum versus ascendit, ita quidem, ut  
quamvis ventus fortior, violentè virgam inclinet, ipsa ta-  
men denuò in altum se erigat: Pari modo cor generosissimum,  
mens piissima, ac devotissima cogitatio B. M. V. non ad terrena  
ac transitoria se inclinavit, sed ad cœlestia tantummodò se  
ad instar virgæ erexit, quō etiam felicissimè regnatura af-  
sumpta est, cui verissimè accinit regius Psaltes: *Virga directio-*  
*nis, virga regni tui, illius nimirum regni, in quo æternum Bea-*  
*ta poscidet optimum illud, quod sibi elegit Maria.* Patroci-  
natur Conceptui huic S. Antoninus. part. 4. tit. 15. cap. 24. §. 4.  
Dicitur autem Beata Maria virga, quia semper recta fuit, nun-  
quam inclinata ad terrena, sed semper recta ad cœlum. Dicat  
nunc prudentem Virginem Philosophus, *qua bonum eligit: ego*  
interim, quæ optimum elegit, Mariam Virginem prudenti-  
simam appellabo.

## CONCEPTUS II.

Inter prudentiæ indicia non minimum est modestiæ linguae, per multiloquium enim facilè Deus offenditur, & proximus, & peccatur; prudentis igitur est, multa audire, & pauca loqui. Ita docet sapientissimus Regum Salomon in libro Proverbiorum suorum, cap. 19. *in multiloquio, inquit, non agerit peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus*, quasi diceret; frænum linguae imponere, sermonem temperare, verbis parcere, & silentio assuefcere, signa sunt non exiguæ in homine latentis prudentiæ. Quid dicemus de Virgine? An illa fors loquax fuit, ad aliarum quam maximæ minarum imitationem? Absit. Nam ut S. Bernardus *super Sign. Magn. observat.* apud omnes quatuor Evangelium non nisi quater locuta fuisse reperitur. Primâ vice cum angelo Gabriele, Lucæ, 1. cap. Secundâ cum Elisabeth, ibid. Tertiâ cum Christo invento in templo, Joan. 2. cap. Acutam quartâ vice in nuptiis Canâ Galilææ, Lucæ, 2. cap. ibid. quid etiam locuta est, verba modestiæ erant, verba adiutoriæ. Bernardum audiamus: *Pudibunda fuit Maria, ex Evangelio id probamus, ubi enim aliquando loquax, ubi presumptuosa fuisse videtur?* forsitan querens loqui filio, nec maternitatem horitate, aut sermonem interruptum, aut in habitacionem irrata, in qua filius loquebatur, in omni denig, textu Evangeliorum, non nisi quater Maria loquens auditur. Addit Bernardinus de Bultis, in Mariali part. 2. serm. 5. pag. 7. *Omnia verba Maria fuerunt sancta, & adiutoria: unde eam loqui audientes, poterant ei dicere, quod posse a filio ejus dictum est.* Joan. 6. cap. 10. *habet uita eterna habes.* Ergo Mariam, quam lingue impositum frænum, pepercisse verbis, sermonem temperasse, silentio assuefuisse intellexisti, Salomonico axiomate, Virginem prudenteriam venerare, tuisque vicissim labiis, prudenter addicere.

CON

CON

## CONCEPTUS III.

Honorificum mulieris prudentissime titulum scriptura Abigail dedit. *Mulier illa prudentissima*, 1. Reg. 25. cap. Quid tam laudabile fecit Abigail, aut quā virtute, mulier prudentissima nuncupari merebatur? Humilis erat, & obsequiosa, humilis, dum se ancillam David dicebat. *Ecce famula tua sit in ancillam*. Obsequiosa, dum panes mundissimos præsentavit, quibus cor David lucrata, iram regiam placavit, ultiōnem à suis avertit, ipsumque regem mansuetum reddidit dicentem sibi: *Benedictum eloquum tuum, & benedictatu, que prohibuisti, ne irem hodie ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea*. Ergo humili obsequio provida Abigail, prudentissimæ mulieris nomen sibi vendicavit. Longe profundiori humilitate Maria Virgo, Matrem Dei se fore intelligens, non nisi ancillam Domini sese nominavit, ac dixit: *Ecce ancilla Domini*. Lucæ 1. cap. Mundissimum panem cœli Christum JESUM, Patri cœlesti in templo Hierosolymitano Maria obtulit, eoque iram divinam placavit, ultiōnem æternam à nobis avertit, Deumque ipsum misericordem generi humano prvidissima reddidit. Conceptus hic est S. Bonaventuræ, in spec. B. V. lect. 14. *Sicut Abigail Dominam nostram, sic David Dominum nostrum signat; David autem offensus est stulto Nabal, quando Dominus offensus est homini impio; David Na-bal stulto, per Abigail placatur, quando Dominus impio per Mariam reconciliatur; Abigail placavit David verbis, & muneri-bus, Maria placat Dominum precibus, & meritis; Abigail ultiōnem temporalem, Maria verò aeternalem convertit, dum illa humanum, ista verò divinum gladium avertit*. Quanto igitur majus erat beneficium, providentiâ, & obsequio Virginis nobis collatum, quanto profundior ejus humilitas, tanto meliori præ Abigail jure nominari debet Maria Virgo prudentissima.

## CONCEPTUS IV.

Creationem primi hominis specialiter laudat Salomon,  
nec non hominem ipsum rectum invenisse confiteatur. *Iacob.*  
*quod Deus fecerit hominem rectum.* inquit Ecclesi. 7. cap. Quis-  
nam aliud est esse rectum, quam esse perfectum? primum  
que Adam in statu innocentiae, sapientissimi regis testimonio  
omni donorum cœlestium ac virtutum genere perfectus erat,  
inter quas procul dubio etiam prudentia quam maxime au-  
meratur, quam tum laudabiliter monstravit, cum viventia  
omnia suis nominibus appellavit. *Omne enim, quod vici ad*  
*Adam anima viventis, ipsum est nomen eius: appellavit Ad-*  
*nominibus suis cuncta animantia, & universa volatilia, &*  
*omnes bestias terræ.* Gen. 2. cap. Prudentia hâc suâ tam  
polluit, quamdiu innocentiam conservavit, quamprimo per  
peccatum unâ cum prudentia ac reliquis virtutibus malitius  
deperdidit, canente Psalmista. *Homo cum in honore esset, in*  
*intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similius fuisse*  
*est illis.* Psal. 48. *Quod vel paucis mortalium constat fuisse*  
*latum, fas certè non est, suspicari, tanta Virgini esse negatum.* Is-  
serit S. Bernardus, ep. 174. ad Concept. lugdun. Si ergo Adam  
in creatione mundi, gratiâ, innocentia, & omni virtutum ge-  
nere præditus, à sapiente laudari dignus fuit, antequam cum  
innocentia ac reliquis virtutibus prudentiam deperdidisset, pa-  
mentis insipientibus similis factus; multò magis in refor-  
matione mundi, Maria Virgo ob innocentiam vitæ, quam cum  
omni virtutum genere sociatam mundo non solum intulit,  
sed etiam ab omni peccato tam originali, quam actuali, tam  
mortali, quam veniali, ad finem usque illæsam conservavit,  
ab omni creaturâ laudibus in cœlum tolli, & præ cunctis pre-  
dentissima Virgo recognosci digna censebitur. Unde S. Thom-  
mas de villâ novâ. Conc. 3. de Nat. B. V. *Sicut in creatione mu-*  
*ndi, in homine collecta est omnis creatura, ideo microcosmus,*  
*in reformatione mundi, in Virgine collecta est omnis Ecclesia,*

*Sanctorum perfectio, unde microcosmus Ecclesia dici potest. Dicit proinde universa cum Salomone Ecclesia: Inveni in Mariâ, quod fecerit Deus hominem rectum. Id est, innocentia, morum honestate, ac prudentia perfectum, uno verbo, sapientissimi regis eloquio, Virginem prudentissimam.*

## CONCEPTUS V.

Primum & principale donum Spiritus Sancti, sapientia est, teste Apostolo 1. ad Corinth. 12. *Unicuiq; autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discrecio Spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum: hec autem omnia operatur unus atq; idem Spiritus dividens singulis, prout vult.* Enumerat ergo Apostolus dona Spiritus S. & interea primum locum sermoni sapientiae attribuit. Ab hac primaria gratia, Spiritum Sapientiae appellat Sapiens. *Venit in me Spiritus Sapientia.* Sap. 7. cap. Ecclsa incarnata Patris sapientia, Spiritum S. promittens, à doctrina veritatis, per quam quis sapiens redditur, Spiritum veritatis cognominat. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnino veritatem.* Joan. 16. cap. En quām proprium ac principale donum Spiritus S. sit donum sapientiae. In Mariam Virginem, quam Angelus gratia plenam salutaverat, *Spiritus S. supervenit, & virtus Altissimi obumbravit eam.* Luæ. 1. cap. Et primo, ac principali dono sapientiae plenam non esse quis credat? Loquitur S. Athanasius. serm. de Deipara V. *Spiritus S. in Virginem descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illæ perrationem divini principatus adjungit, imbuens eam gratia, ut in omnibus esset gratiosa, atq; idcirco gratia plena cognominata est, eò quod ab impletione Spiritus S. omnibus gratia abundaret, & virtute Altissimi obumbraretur.* Clarius adhuc S. Thomas.

de

de villâ novâ. conc. 3. de Nat. B. V. in illâ donum sapientia, & intellectus, donum pietatis, & fortitudinis, & dona Spiritus. Si jam juxta Salomonis eloquium non nisi corde prudentis requiescit sapientia; Proverb. 14. cap. ea uique, quæ dono supervenientis Spiritus S. plena erat, in cuius corde incarnata Patris sapientia novem mensibus requievit, dicenda erit Virgo prudentissima.

## CONCEPTUS VI.

Ex illis decem Virginibus, quibus Dominus regnum eorum comparavit. Matth. 25. cap. illæ quinque dicuntur prudentes, quæ oleum in vasis suis conservaverunt, quò lampades earum non extinguerentur. Quinq[ue] fatua acceptu lampadibus non sumpserunt oleum secum; prudentes vero accepserunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Quid per oleum significari creditis? Lætitiam intelligit regius Psaltes de Mariâ Virginem canens Psal. 44. *Unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitia, per confortib[us] tuis.* Glossa aurem interlinearis pro oleo latinitate *plenitudine gratia.* Indicans Virginem Deiparam præ aliis Virginibus plenitudine gratiæ superflusam fuisse. Lampadem extinguiabilem, Dei Matrem vocat S. Cyprianus Episcopus Alexandrinus Hom. contra Nestorium. *Tu lampas inextinguibiliis.* Oleum enim gratiæ, quam Virgo in Conceptione attulit, abstinentio ab omni peccato conservavit; & ideo haec virtutibus ornatissima lampas extingui non potuit. Prudentes dicantur Virgines, quæ oleum in vasis suis conservaverunt; nos Mariam, quæ seipsum ab omni peccato illatum conservavit, Virginem Virginum prudentissimam deprecabimus.

### Epilogus

*Sapientissimam Advocatam, quæ nobis veniam peccatum obtinet, & gratiam, nominat Beatissimam Virginem B. Albertus Magnus. in Bibl. Maria. lib. Proph. Jerem. num. 9.* Sicut enim ante judicem stant advocati, causam reorū agentes, sic stetit Dei Mater juxta crucem Filii sui, in tene-

pore mortis suæ, nunc autem assistit à dextris ejus in cœlis, ut loqueretur pro nobis bonum, & avertat indignationem suam à nobis. Salutari itaque consilio S. Bernardini Senensis. ser. 3. de nomine Mariæ. art. 3. cap. 4. pro salute nostrâ acquiesca-  
mus. Oremus igitur dilectissimi fratres, Dominam nostram Vir-  
ginem benedictam, ut qua Mater esse meruit judicis seculorum,  
pro reatibus nostris, Filio satisfaciat Advocata sapientissima.  
Amen.

Quis non prudentem te predicet, & sapientem,  
Qua bona corde foves, & mala longè moves,  
Provida Virgo, bonum, rogo, mittas à Patre donum,  
Ut mala condonet JESUS, in ore sonet.

## DISCURSUS XV.

Beata Maria Virgo omni honore est dignissima.

**U**niversalem de notitiâ Angelorum de rebus futuris Exordium. regulam ponit Doctor Angelicus S. Thomas de Aquino. 1. part. quæst. 57. art. 1. ad 1. & 3. Quidquid Prophetæ cognoverunt de mysterio gratia per revelationem divinam, multò excellentius est Angelis revelatum. Ex quâ regulâ facile deduci potest, quod si primarium gratiæ mysterium Incarnationis, per revelationem divinam, Prophetæ cognoverunt, deque eo per multas figuræ, quasi per speculum, & in ænigmate prophetaverunt, idipsum etiam Incarnationis mysterium, multò excellentius Angelis sit revelatum, Deo igitur revelante, creationem Angelorum, tam Verbi incarnandi, quam futuræ Dei Matris, plena notitia est subsecuta, unde quem admodum Christum, verum ipsorum Dominum ac Regem Angeli adoraverunt, sic quoque Mariam Virginem Filii Dei Matrem futuram prænoscentes, cœli ter-  
ræque